1v

tanti nobiſ inſinuat ł quoſ ęternuſ ſibi co
adiunxit; Nimiſ confortatuſ eſt princi
patuſ eorum; Ecce electi dei carnem domant.
ſpiritu roborant. demonibuſ imperant. uir
tutibuſ coruſcant. Praeſentia deſpiciunt.
aeternam patriam cum uoce moribuſ praedi
cant. Eam etiam moriendo diligunt.
atque ad illam per tormenta pertingunt.
vi Occidi poſſunt. et flecti nequeunt; Nimiſ
ergo confortatuſ eſt principatuſ eorum;
In iſta ipſa paſſione qua ceciderunt in mor
te carniſ. uidete quantum fuerit culmen
mentiſ; Unde hoc. niſi quia confor
tatuſ eſt principatuſ eorum? Sed ſic magni
forſitan pauci ſunt. ſubiunxit;
Dinumerabo eoſ et ſuper arenam multipli
cabuntur; Totum mundum fratreſ aſpicite.
martyribuſ plenuſ eſt; Iam pene tot
qui uideamuſ non ſumuſ. quot ueritatiſ teſ
teſ habemuſ; Deo ergo numerabileſ nobiſ
ſuper arenam multiplicati ſunt. quia quanti
ſint a nobiſ comprehendi non poſſunt;
Sed quiſquiſ ad hanc peruenit dignitatem
ut amicuſ uocetur dei. ſeſe in ſe conſpi
ciat; dona autem quae percepit ſuper ſe. ni
hil ſuiſ meritiſ tribuat. ne ad inimicitiam
ii erumpat; Unde et ſubditur; Non uoſ
me elegiſtiſ. ſed ego elegi uoſ et poſui uoſ. ut
eatiſ et fructum afferatiſ; Poſui ad gratiam
plantaui. ut eatiſ uolendo. fructum affe
ratiſ operando; Ire enim uolendo diximuſ.
quia aliquid facere uelle iam mente ire eſt.
Qualem uero fructum afferre debeant.

ſubditur; et fructuſ ueſter maneat; Omne quod
ſecundum praeſenſ ſeculum laboramuſ uix uſque ad mor
tem ſufficit; Morſ namque interueniens fruc
tum noſtri laboriſ abſcidit; Quod uero pro aeter
na uita agitur. etiam poſt mortem ſeruatur;
Et tunc apparere incipit. cum laborum carna
lium fructuſ coeperit non uideri; Ibi ergo
illa retributio inchoat. ubi iſta terminatur;
Quiſquiſ igitur iam aeterna cognouit. a
pud eiuſ animum temporaleſ fructuſ uileſ
cant; Taleſ fructuſ operemur. qui maneant;
Taleſ fructuſ operemur. qui cum morſ cunc
ta interimat. ipſi exordium a morte ſumant;
Nam quod a morte incipiat fructuſ dei. teſta
tur propheta qui dicit. Cum dederit dilectiſ
ſuiſ ſomnum. ecce eſt hereditaſ domini;
Omniſ qui dormit in morte perdit heredi
tatem; Sed cum dederit dilectiſ ſuiſ ſom
num. hec eſt hereditaſ domini; Quia electi dei.
poſtquam peruenerint ad mortem. tunc in
hereditatem ueniunt; Sequitur; Ut quodcumque 29
quod petieritiſ patrem in nomine meo det uobiſ.
Ecce hic dicitur. ut quodcumque petieritiſ patrem
meo
in nomine det uobiſ; Rurſum per eundem
euangeliſtam alibi dicitur. Si [illegible] petieritiſ
patrem in nomine meo, d[illegible] uobiſ;
Uſque modo non petiſtiſ quic[illegible] in no
mine meo; Si omne quod petimuſ in nomine
filii dat nobiſ pater. quid eſt quod pauluſ ter
dominum rogauit et exaudiri non meruit. ſed
dictum eſt illi; Sufficit tibi gratia mea; nam
uirtuſ in infirmitate perficitur; Numquid
ille tam egregiuſ praedicator in filii nomi